

771 anno 1728 die 6 Nov. ex immani aquarum alluvione erasa terra lapidibusque deportatis apparuit in loco prope nostram urbem, in tristegis nempe S. Marci Veteris dicti, liber ex aere Corinthio, ponderis unciarum XLIV. Pretio comparavit eum ab inventore archidiaconus ecclesiae nostrae Ioh. Iacobus a Puteo, cuius ex dono nunc in museo olim comitis de Almenara, in praesentiarum Ioachimi Ferdinandi Porto-Carrero cardinalis adseratur MILANTE similiterque, brevius tamen, COM. PROC. Stabiis rep. a. 1726 [sic], est in museo comitis de Almenara RVGGIERI. Effossa a. 1728 in Castello a Mare BLANCHINIVS. Romae fuisse apud Franciscum Victorium equitem, ante quam ad Maffeium mitteretur, testis est GORIVS inscr. Etr. 3, 150. 'Praeclarum monumentum Florentiae ante quinque annos exscripseram ex... abbatis Andreini museo. Accidit post annos duos, ut eadem honesta missio iisdem a Galba militibus et consimilibus aeneis tabulis data ex urbe aeterna L Venetorum aureorum pretio mihi mitteretur, quam in academiae nostrae vestibulo statim publicavi... nec mirum bina reperiri eiusdem missionis autographa' MAFFEIVS M. V. 1749, edens non hanc legem, sed n. 770, ad quam vere pertinent quae initio narrat. At cum n. 770 ab Andreini morte ad hanc diem in museo Florentino custodita esse videatur nec probabile sit eiusdem legis falsum exemplum ad Maffeium delatum esse, crediderim eum, cum n. 770 emere se putaret, emisse n. 771. Quod confirmant ipsius verba diu ante scripta Ver. illustr. 2 (1731), 262, quibus praefatur editioni non n. 770, sed huius ipsius n. 771: 'il piacere d' un nuovo acquisto di questo genere fatto in questi stessi giorni, benché a smoderato prezzo, mi ha fatto prender libertà d' aggiungerne per ultimo il contenuto'. — Tabulae, quae olim in atrio Veronensis musei prostabant sub n. 13 inter fistulas plumbeas testibus Tomasellio in catalogo musei p. 197 et Venturio ms., iam ibi desiderantur furto ablatae. 'Sembra che sia in Verona nel museo de' marchesi Dionigi' CARDINALI errore.

## intus: tabella prior.

SER · GALBA · IMPERATOR · CAESAR · AVG P M  
TRIBVNIC · POTESTATE · COS DESIGN · II  
VETERANIS · QVI MILITAVERVNT · IN  
LEGIONE I · ADIVTRICE · HONESTAM  
MISSIONEM · ET CIVITATEM · DEDIT  
QVORVM · NOMINA · SVBSCRIPTA  
SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQ  
EORVM · ET · CONVBIVM · CVM  
VXORIBVS · QVAS · TVNC HABVIS  
  
tabella posterior.

10 SENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA  
AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT · CVM  
IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM  
TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS  
A · D · XI · K · IANVAR Dec. 22  
15 C · BELLICO · NATALE COS p. C. 68  
P · CORNELIO · SCIPIONE  
MATTHAIOS POLAI · F · SVROS  
DESCRIP ET RECOGNITVM EX TABVLA  
QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO AD ARAM

## extrinsecus: tabella prior.

SER · GALBA · IMPERATOR CAESAR  
AVGVST PONTIF MAXIMVS  
TRIBVNIC POTEST COS DESIGN II  
VETERANIS QVI MITARVNT IN sic  
LEGION I ADIVTRICE HONESTAM  
MISSIONEM ET CIVITATEM DEDIT  
QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA  
SVNT IPSIS LIBERIS POSTERISQVE  
EORVM ET CONVBIVM CVM VXORI

BVS QVAS TVNC HABVISSENT CVM 10  
EST CIVITAS IIS DATA AVT SIQVI  
CAELIBES ESSENT CVM IIS QVAS  
POSTEA DVXISSENT DVM TAXAT  
SINGVLI SINGVLAS A D · XI · K IAN  
C · BELLICO NATALE P · CORNELIO 15  
SCIPIONE COS  
MATTHAIOS POLAI F SVROS  
DESCRIP ET RECOG EX TABVLA QVAE  
FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO AD ARAM

## tabella posterior.

C · IVLIVS AG	20
C · NIIVS	SACEOS ANTIO
L · VELINA	NAVTA · ANTILOC
TI · CLAVDIVS	CHAEREA · ANTILOC
L · CORNELIVS	OPTATVS · ANTILOC
L · SECVRAS	ALEXANDRVS · VET 25
	ERANVS
M · VALERIV	S · DIODORVS
	VETERANVS

Maffei Ver. illustr. 2 (1731) p. 270 (cf. p. 262), de origine tacens; Neapoli Arnolfinius miserat et in Blanchinii adversariis inveneram' idem ait M. V. p. 485, in quo volumine haec edita non est. Comus apud Mur. ms. (vide ad n. 785), ed. (1739) 307, 1 eodemque exemplo Procaccellius apud Gorium, qui I. Etr. 3 (1743), 150 citat exemplum sibi missum a Franc. Victorio nec tamen edit; Ruggieri istor. dell' imagine di S. Maria di Pozzano (Neapol 1743. 4. pp. 76) p. 9; Thom. Milante de Stabiis (Neapol 1750) p. 53; Franc. Blanchinii in historia ecclesiastica quadripartita t. I. part. II (Romae 1753) p. 65, hi quattuor exemplo eodem. Marini Arv. p. 450. 451 n. 3; Vernazza n. 3; Haubold n. 3; Cardinali n. 3 p. 49, cui delineatam misit Labus; Renier n. 20. Nobis standum est exemplo Maffeiano; nam quatuor auctorum pessimum est, Cardinalianum num ex ipso aere sumptum sit, incertum.

I, 1 PM super AVG collocat Card. — 18. 19 om. Card. — II, 9. 10 VXRIB Card. — 17 MATHAIOS Card. — 18 RECOGN Card. — 20 APAMAA Maff., APAMM Bianch. Card., APAM Rugg. — 21 NIIVS Maff., NILVS Bianch. Rugg. Card. — SACEOS Maff., IACEOS Card., SVC COS Bianch., SVCE·EOS Rugg. — ANLIO Maff., ANILO Rugg. — 27 VALERIVS Card., VACERIVS Maff. Bianch., VACREIVS Rugg. — Addo reliquos errores apographi Blanchiniani (nam Ruggieranum et Milantianum etiam deteriora sunt), in quo praeterea versum ordo non observatur: I, 1 AVCVSTVS. — 2 TRIBVNITIA. — CONSVL·DESIGNATVS. — 8 CONNVBIVM. — 10 EST] SIT. — EIS. — 12 DVXERANT. — DVM TAXAT om. — 13 SINGVLIS. — Quae deinde sequuntur sic ordinantur: 18. 19. 14— 17. — 17 MATHA·OPVLAI·F. — 18 DESCRIPTAE·ET·RECOGNITAE·IN·VIA· QVAE·F FIXAE·ROMAE·IN·CAPITOLIO·AD·ARMA. — II, 1—18 om. — 23 TI· — CHAREA·ANTIO.